

Heinrich Rahn Joachim Friedrich Carstens

## **Disputatio Iuridica Inauguralis De Decretis in contractibus minorum**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735203687>

Druck Freier  Zugang



Entscheidungen bei  
Verabredungen der Armeen

H. Rahne (J. F. Carstens) 1a

R. U. in 1657.



DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS  
DE  
**DECRETIS**

in contractibus minorum,

*Quam*

DEO optimo maximo favente,  
ex decreto & auctoritate

Magnifici, Nobilissimi atq; Amplissimi Ictorum  
Ordinis in Illustri Academia Rostochiensis,

PRÆSIDE

Magnifico Dn. RECTORE

VIRO

AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO

**DN. HENRICO RAHNEN,**

I. V. D. Professore & Ducalis Con-  
sistorii Assessore,

Fautore suo honorando,

Pro licentia summum in utroq; Jure

gradum consequendi  
publicæ censuræ submittit

**JOACHIMUS FRIEDRICUS Carstens,**

Lubecensis.

*Ad d. 14. Maji, horis ante - & pomeridianis,*

*In Auditorio majori.*

---

ROSTOCHI, Typis Hæredum Nicolai Kilii, Acad. Typ. Anno 1657.



*[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including 'ACADEMIA ROSTOCHENSIS' and 'DIESEL']*



I. N. I.

DE

DECRETIS IN CONTRACTIBUS MINORUM.

ARTICULUS

I.

**D**igna Majestate regnantis *Gail. 1. de P. P. c. 3. n. 13. & 14.* & ex omni jure tralatitia est sententia laudatissimi illius, in minus laudati locum Wenceslai suffeeti, Imperatoris Roberti Palatini, quam symboli loco frequenter in ore habuit, dicens: *Miseram rem digna est misericordia.* Notissimo n. tum humano tum etiam divino jure miserabiliū cura misericorditer suscipitur.

2. Et annumerantur illis passim pupilli, minores & personæ similes, quæ se ipsas defendere non possunt: præsertim etiam si de rebus earundem dissipandis agitur; Nam tunc fragile harum consilium tot adminiculis jura instruant, ut adversus omnes captiones auxilium constitutum habeant, præterquam quod vel mirifice, immèdiatè & extra ordinarie Deo ultore defendantur.

3. Unde sapientissimus Rex Salomon severissimè monet: *Pupillorum in agrum ne invade; Nam Vindicem habent potentem, qui eorum causam tecum disceptabit.* *Prov: 23. v. 10. 11.*

4. Et Jus Civile luculentissima hujus argumenti prodit argumenta. Sic enim D. Severus Calpio Rufino: *Omnem me rationem adhibere subveniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo. l. 2. §. 2. ff. qui petant tut.* Et quam ultronea propensitate Proconsul pupillis indulgere debeat, testatur *l. 9 §. 5. ff. de Off. proCons.* Maximè vero toto tit. *ff. de reb. cor. qui sub tut. cum tot. const. C. concordantibus* disponitur; ne minorennium bona vel ipsis tutoribus alienare liceat nisi Judicis decretum interveniat, quod nec subrepticium vel subdolum, sed legitimum sit & Justitiæ congruum.

5. Quo ipso Jus commune technis tutorum ita obviat, inbecillitati minorum miserandæ mirandum in modum ita consulit, atq; adeo multis suppositum captioibus, multisq; expositum insidiis, hoc hominum genus ita tuetur, ut dicta ejus bona agminibus quasi formidulosis defensa esse videantur.

6. Quæ cum ita sint, nolimus Decreti istius materiam relinquere indiscussam, sed placuit festiva potius in panegyri eandem scrutari, exemplo *l. 1. ff. de confirm. tut. præfat. Nov. 72.* ubi præcipue studiosa cura circa minorum instrumenta injungitur præfectis. Ex ratione pragmaticorum, quod nunquam

A

nimum

nimum perfecta esse possit cognitio vel disceptatio, quæ favore imperfectæ ætatis suscipitur: siquidem semper melius sit intacta minorum jura servari, quam post causam vulneratam remedium querere, *per L. ult. C. in quib. caus. restit. in integr. necess. non est.* Sicuti etiam Octavius Simoncellus integra de decretis tractatum congeffit, eumq; in titulos & inspectiones distribuit. In quo tamen methodum præferim, & plura alia desideramus, de quibus in subsequentibus patebit,

## CAPUT I.

De

### Definitione Decreti.

7. Methodica vero ut fiat disceptatio, ita Decretum hoc definitio: Decretum est sententia judicis, quæ auctoritatem legitime interponendo, minoris contractum justum esse decernit. *L. 5. §. 9. & t. t. ff. de reb. eor. qui sub tut.*

8. Positâ definitione ponderandum propono 1. *Definitum.* 2. *Definitionis* & totius materiæ *Essentialia*; deinde *Accidentalialia*.

9. Definitum est Decretum deductum à cerno, sine præ: & supino, quod ap. Latinos significat discerno, unde decerno; decretum: & Germanicè & Exoticè, decret: ex Græco *κρίνω*. Variæ a. inveniuntur ejus significationes; aliæ nimirum in Jure Can. aliæ in Jure Civili.

10. Nobis omnes illas recensere non permittit pagellarium angustia, qua constringor amplissimæ Facultatis Statuto; Interim nostrum, quod jam definivimus, decretum, se offert *t. t. ff. de reb. eor. qui &c. & concord. C.*

## CAPUT II.

De

### Causa Decreti efficiente & finali.

11. Definitionis illius & totius nostri decreti *Essentialia* sunt 1. *Causæ.* 2. *Effectus.* *Causæ* ejus sunt *Extrinsicæ* & *Intrinsicæ*. Illæ sunt *Efficiens* & *finis*. *Efficiens* est vel *Procreans*, videlicet S<sup>C</sup>rum Clementianum, ab Ulpiano in *l. 1. ff. de reb. eor. relatum*, & ad differentiam S<sup>C</sup>ri Tertulliani ita dictum: vel *Conservans*, nimirum ipse Judex.

12. *Judex* autem aut *proprie* ita dicitur, aut *secundum quid*, scilicet Charularius seu Notarius. *Proprie* dictus Judex, vel Ordinarius est vel delegatus.

13. Ordinarius Judex interponendi decreti quis sit, si prædium sub alterius jurisdictione situm est, quàm cui minoris persona subest, valde discrepantes sunt DD. opiniones, & necessarium in veritatem rei inquirere. Nam, si in provin-

provincia ubi prædium situm est consuetudo vigeat, quod major XX. annis sine solennitate immobilia vendere possit, ut est consuetudo Andegavensis: Dubitari potest, si minor e. g. in ducatu Andegav. prædium possidens, extra ducatum, fortassis Sylvanecti, Gall. Senlis, domicilium habeat, an post XX. annum prædium liberè alienare possit, an verò secundum consuetudinem Sylvanectensem aut solennitates adhibere, aut XXV. ætatis annum expectare teneatur. Equidem existimo dubium tollere l. 5. §. 12. ff. de reb. eor. junctà l. 15. §. 1. ff. de re judic. quod Judex originis & domicilii minoris validè decretum interponat. Facit L. 5. C. qui daretur. l. 30. in princ. C. de Episcop. aud. Gail. 2. Ob. 130. n. 14. Et est opinio Bart. in L. cunctos populos n. 26. de sum. Trin. Quod hęc ratione domicilium spectetur. Atq; ita pronunciatum fuisse in Parl. Parisiens. testatur Louer. Recueil. des Arrestes. Arr. 42. p. 115. lit. C. Nec quicquam resistet l. antep. ibi. provincia in qua situm est. C. de præd. minor. Vel, quod Judex domicilii illo casu simul fuerit rei sitæ Judex. Vel, quod Præsidis istius provincie jurisdictio à jurisdictione Judicis domicilii non fuerit prorsus separata, sed aut cumulative concessa, aut quod ambo unum superiorem recognoverint.

14. Delegari an possit decreti hęc interponendi auctoritas? non minus subtiliter disputatur, textibus Juris in utramq; partem sese offerentibus. Mihi tamen stat sententia, decreti interpositionem neminem posse delegare, nisi solum Principem, text. in l. 2. §. 1. ff. offic. ej. cui mand. est jurisd. l. 2. C. de Assessor. l. minorum C. de præd. min. l. ult. in fin. C. præd. Decur. lib. 10.

15. Porro Judicis secundum quid ita dicti, nimirum Notarii officium est, ut nullum nisi de legitime interposito decreto instrumentum conficiat; alias exilii animadversione plectetur, arg. l. 14. §. 3. Cod. de S. S. Eccles. Quomodo autem Instrumentum conscribere debeat, instituti nostri non est exponere, sed discet illud ex Nov. 44. Recept. Imp. An. 1512. zu unterrichtung der offenen Notarien & tr. Sim. de decret. l. 1. tit. 1. in sp. 7.

16. His accedit cautela *de qua loquitur*, æs alienum urgens, l. 5. §. 14. verbis, sed ita demum, bis repetitis, ff. de rebus eorum. l. 12. C. de præd. min. l. 47. ff. de minor. Requiritur enim, quod creditor minoris debitum indefinenter urgeat, & solutionem in præsentem postulet, d. l. 5. l. 22. post Pr. C. de adm. tut. Vel cursus usurarum alias impediri non possit, d. l. 5. §. 9. in fin. de reb. eor. arg. l. 5. §. 1. ff. de jur. delib.

17. Quocirca diligenter monendus est creditor, ne statim cum sacco paratus veniat, l. 105. ff. de solut. sed & humanitatis & miserationis officia minori præstet, elegantil. 33. in fin. pr. ff. de usur.

18. Inter æs alienum etiam dotis; & exemplo ejus, studiorum causa merito con-



ro connumeratur, usque adeo, ut non tantum iudicem æquè ac ipsum æs alienum urgens ad decretum interponendum commoveat, *arg. l. 22. in pr. v. Præcipimus C. l. 12. §. 3. in fin. ff. de admin. tut. l. 4. ubi pupill. educar. deb. l. ult. C. de alim. pupill. præst.* sed ejusmodi sumptus ex tam justa honestaq; causa etiam sine decreto dari vel fieri possunt. *l. sumptus. 3. C. de administrat. tut.*

19. *Finis* apparet multiplex; præcipuus autem est quem in proloquio diximus, ne minores fraudentur, *l. 5. §. 5. h. t. Wesf. π. ibid. n. 1.* quo leges nostræ semper respiciunt. *l. 22. C. de admin. tut. l. 6. C. unde vi l. 7. §. 3. ff. SCR. Maced.* Dum enim huic ætatis curriculo fragilitas, inopia consilii, & facilitas captio- nis individuos se comites præbent, non immerito illis veneranda justitia obviat. Tantum abest, ut hæc decreti interpositio iniqua dicenda sit, quasi rerum administrationem, à naturâ concessam, rigide minoribus auferat. *l. 14. in fin. C. de contrab. empt. prout alii alias argutantur ex l. 2. ff. si à parent. quis manumiss. sit. l. 21. C. mandat. & similibus.*

### CAPUT III.

De

#### Causa Decreti Materiali & Formali.

20. Atq; tales sunt causa decreti extrinsecæ. *Intrinsecæ* sunt *Materia* ex quâ: & *Forma* per quam est Decretum.

21. *Materia* est sententia. Quam si quis non admiserit, is vel arbitrium vel æstimationem dicere poterit ex *l. 1. §. 2. verb. æstimet. l. 5. §. 9. verbo arbitrium ff. de reb. eor: q. sub. tut. vel ipsemet sibi melius genus invenire.*

22. Decretum enim proprie species sententiæ non est, quia non in iudicio post plenam causæ cognitionem, ut sententia, sed extra iudicium causa summarie cognitâ officio iudicis nobili interponitur, ut docet *Wesf: in π. ff. de re judic: n. 4. in fin.*

23. *Forma* decreti *interna* est & *externa*. *Interna* exprimitur verbo definitionis *legitime*; & dicitur alias secundum hanc solemniter decretum interponi. *l. 6. C. de præd: min:* Ut nimirum iudex respiciat; *præcedentia alienationem & alienationem ipsam.* Licet enim multa in decreti interpositione arbitrio iudicis conceduntur; Attamen arbitrium tantum & æstimatio ipsi tribuitur, non vero liberum arbitrium. *l. 5. §. 14. ibi, non liberum arbitrium. & §. 9. ff. de reb. eor: Ad del. 30. in pr: ff. de oper: lib. l. 24. in pr: ff. locat. l. 6. & l. 76. ff. pro socio. l. 60. ante fin. ff. mandat. l. 11. §. 7. in fin. ff. legat. 3. arg: c. in generali 81. de R. I. in §. l. 3; in pr: C. de inoff. test: l. 6. §. 6. C. de modo. multar.* Et falsum esse existimo quod quidam statuunt decretum ex intervallo accedere posse. *§. 9. l. 3. C. si propt: pub. pens.* Falsum etiam est decretum valere quando fuit

fuit interpositum tunc, hoc est, dum peteretur, prout quotidie faciunt imperiti Judices. Verba sunt Pet. Anfor. cons. 82. incip. *Visis actis.*

24. Alienationem igitur cognitio causae praecedat, ut perpendat iudex: cur alienandum: & deinde quid alienandum sit. Causa illa requiritur necessaria & legitima, legitime Judici probata. l. 6. C. de praed. min. Adeo ut contractus causa perfecte non probata, licet decretum de facto intervenit, per facile rescindi possit. Et si ex falsa causa proficiscatur decretum, illud ipso jure nullum sit. l. 5. §. antep. ff. de reb. eor. l. 5. C. d. tit. arg. l. 10. ff. de tut. & cur. dat. ab his. Gail. 2. Obs. 72. à n. 5. Etiam si cauta partim sit falsa & partim vera. Nam in individuis, quale decretum est, utile etiam per inutile vitiatur. l. 1. §. 17. & 18. ff. de aqua quot. & aestiv. l. 9. §. 7. ff. de fidejuss. §. 7. Inst. de hered. Instit. Gail. 2. Obs. 5. n. 9. & 2. Obs. 19. n. 17. in med.

25. Ex quibus prope supervacaneum est quaerere an iudex officium suum ex iusta causa imploratum interponere cogatur. Videtur enim dicendum, Judice eo casu iniuste decretum denegante, alienationem cum protestatione valere, arg. l. 59. C. de decurion.

26. Illud omnino probare non possum, quod video à quibusdam iudici concedi, ut pro studio interponendi decretum, salarii vel honorarii loco aliquid recipiat. Movent me enim l. ult. v. nullum eos. C. de praed. decur. l. 25. in fin. C. de Nyp. l. 2. §. fin. ff. de condict. ob turp. caus. l. 3. C. ad L. Jul. repetund. Gail. 1. Obs. 151. n. 8. Paris de Put. tr. de Syndicat. verb. *Corruptio*. Et nota est Ciceronis sententia, huc accommodanda; quaestui habere Rempub. (& res pupillares) non modo turpe est, sed etiam sceleratum & nefarium. Atque hoc est, quod unice observabatur, antiquitus, ne egeni & exhausti homines ad iudicandum admitterentur. Verendum enim videbatur, ne tales iudices non tam rationem muneris sui, quam magnitudinem munerum aliorum considerarent: neve libentius in nummorum quam in argumentorum ponderibus expendendis occuparentur: & utrius gravior esset manus, ejus causam quoque meliorem videri pronunciarent. Addo l. Rescripto 6. in prin. ff. de muner. & honor. Id quod nec ipse Spiritus S. intactum relinquit, quando iudices ab avaritia & dorophagia alienos eligendos esse suggerit Exod. 18. v. 21. Et electos monet, ut manus abstineant suas, ne dona capiant, Esai 33. v. 15. quia flamma absument tabernacula eorum. Job. 15. v. penult.

27. Post haec quid alienandum sit, iudex perponderet accuratissime, & ita in bona minoris inquiret, ne tutoribus vel curatoribus credat nimium, sed aut necessarios pupilli quosdam vel quem alium, qui notitiam rerum pupillarium habeat, aut repertorium aliasve rationes edi sibi jubeat, &c. l. 5. §. n. de reb. eor. Ut intelligat, an pecuniam pupillus habeat, &c. d. l. 5. §. 9. v. quaerere ff. eod. Et, ita possit curare, quod res minus pupillo utilis & fructuosa distrahatur.

28. Præterea in alienatione ipsa sit Judex sollicitus, ut primo ipsius veri tutoris vel curatoris qui inventarium confecit, autoritatem adhibeat. *l. ult. in fin. C. si prop. pub. pens. l. 8. ff. de reb. eor. l. 6. C. de præd. min.* Et si enim perplexa sit quæstio an Judex tutoris vel curatoris non intervenientis defectum suo decreto supplere possit; Verior tamen est opinio, quæ alienationem ejusmodi irritam dicet. *l. fin. C. si prop. pub. pens. arg. l. 8. §. 17. ff. de transact. v. Ves. π. hic. n. 5. v. Eodemq.*

29. Amicorum vel propinquorum præsentia à quibusdam etiam dicitur necessaria: sed illa in jure nostro nullibi requiritur. Bene tamen & necessario quidem multis in locis receptum est, quod separatio vel segregatio liberorum, vel unio prolis & similis actus quando parentes ad alia vota transeunt in præsentia consanguineorum, expediatur; quorum tunc interventus tantum operatur, ut inducat præsumptionem æqualitatis & justæ segregationis. *arg. l. 35 ibi, amicis intervenientibus. C. de Transact. & ibi Bart. n. 2. Grammat. decis. 66. n. 65.*

30. Deinde discernat Judex inter possessiones, & minus pupillo utilem distrahi jubeat. text. ad literam in §. 10. in fin. l. 5. de reb. eor. contra quem nonnulli errantes scribunt venditionem sine hæc observatione firmam esse propterea quia de illa nihil in oratione D. Severi continetur, quos ipse textus refutat.

31. Consimiliter æstimare debet Judex, utrum vendere potius an obligare permittat *d. l. 5. §. idem Prætor l. 7. §. 3. ff. de reb. eor.* Et si obligare vult, vigilanter attendat ne plus accipiatur fœnoris, quam necessitas requirat. *d. §. idem Prætor. arg. l. 9. in fin. pr. ff. alim. leg.* Nam si plus sumatur, quam opus sit ad solvendum æs alienum, erit obligatio potius ex voluntaria quam necessaria causa: contra trad: *Arto: 25.*

32. Ne etiam tutores pecuniã abutantur, oportet in super judicem curare, ut pecunia accepta creditoribus solvatur, *d. l. 5. §. 13. ff. de reb. eor.* Id quod fiet commodè, si vel viator ipsi renunciaret, *d. §. 13. vel creditorem citet, ut præsens statim pecuniam accipiat.*

33. Et hæc sunt requisita officij Judicis in inrerponendo decreto, illa si non observaverit, & ipsa alienatio nulla *l. 5. C. de præd. min.* & ipse Judex publicatione bonorum ac dignitatis amissione puniendus erit. *arg. l. 14. §. 4. C. de S. S. Eccles.*

34. Si verò Judicij esset obreptum, manet actio pupillo secundum §. manet *d. l. 5. de reb. eor. l. 1. §. 2. eod. l. 5. l. 10. C. de præd. min. arg. l. 26. §. 8. ff. fidei com. libert. v. Ves. π. hic. n. 5. in princ.* Vel conceditur Judici ex officio decretum suum revocare. *DD. comm.*

35. Huc

35. Hucusq; de Forma interna: Sequitur Forma decreti Externa, quæ subintelligitur in definitione, ut decretum constet *verbis* Judicis *purè & simpliciter* prolatis, & fiat *loco ac die* consueto.

36. *Pura verba* quando dicimus, decidimus difficilem controversiam, an valeat decreti interpositio facta sub conditione quatenus & in quantum? Illam enim decretum vitare arbitramur. *arg. l. 8. ff. de autor. tut. & simil. Arnold de Reqq. in thesaur. jur. loc. de Alienatione. n. 168.*

37. Pari modo cum requirimus *verba simpliciter prolata*, determinamus altioris adhuc indaginis quæstionem. An decretum alternativè interpositum subsistat? Difficultas namq; apparet in *l. si pupillorum 7. §. quid ergo. ff. de reb. eo.*

38. Per *locum consuetum* intelligimus tribunal Judicis, utpote in quo causa cognitio fieri debet, *l. 3. §. penul. ff. de bon. possessionibus l. 2. ff. de re. judic. l. 2. §. 1. in med. ff. quis ord. in possess. serv. l. 7. in fin. ff. de confir. tut.* Hinc quarunt DD. an sedere & quiescere Judex debeat, quod non improbamus. *Nov. 82. c. 3. l. 4. C. de dilat.* Dubitant etiam an propter necessitatem super turrim, vel alio in loco tutiori cognoscere possit? quod etiam concedimus. *arg. l. penul. in fin. ff. d. 3. & 7.* Verum, portentum non Judicem dicimus, quisquis benè pransus, tunicâ solutâ, manibus ad tergum rejeçtis, inambulans, potestate suâ abutendo, & quasi aliud agendo decretum perfunctoriè interposuerit, *Asin. Pollio de Balno. lib 10. fam. ep. 14.*

39. Dies more Romano à media nocte incipit, & sequentis noctis mediâ parte finitur. *l. 8. ff. de ser.* An igitur noctu decretum interponi possit? non expeditæ quæstionis est. Nos regulariter negativam defendimus. *l. 1. §. 31. ff. orig. jur.*

40. Afferere quoq; non dubitabimus decretum die fasto, non autem feriato, fieri debere, cum Maranta *spec. aur. pari. 6. de actor. edit. n. 42. & Specular. tit. de. feriis. §. sequitur. 2. num. ult.* ubi rationem hanc addit, quod causa cognita & judice pro tribunali sedente dandum sit per *l. 6. & 12. C. de p. ed. min. l. 22. vers. scilicet per inquisitionem C. de admin. tut.*

41. Scriptura an requiratur in decreto, vel ad minimum subscriptio Judicis? non convenit inter Interpp: Quantum tamen ego colligo, non erit prorsus scriptura inutilis, si casus eandem quandoq; requirat, licet ad validitatem decreti per se nihil conferat. *arg. l. antepenult. ff. de fid. Instr. l. 4. in fin. ff. de pignor.*

## CAPUT IV.

de

## Decreti Efectu

42. *Efectus* ex hoc interposito decreto promanans est ipsa rei minus minori

nori utilis distractio & ex pretio ejusdem æris alieni extenuatio. Ut, quando res vendenda Præconis voce producitur in publicum & per subhastationem plus offerenti traditur. L. 7. §. 8. l. 35. ff. de minor. Coler. proc. exec. part. 3. cap. 9. n. 86. Remvero pignori dandam sufficit indistincte personæ concedere, quæ pignus recipere velit. Ratio quia non multum interest, cuinam res tradatur quæ intra aliquod temporis spatium luenda est.

43. Cæterum an decreti interpositio restitutionem in integrum cessare faciat, si forte minor ex distractione læsus sit? scrupulosa satis est quæstio, quam in foro agitam scio. Matt: wesens: minorem nihilominus restitutionem in integrum postulare posse statuit in *τ. ff. b. t. n. 5. v. quod ut omnia hæc & τ. C. de in integr. rest. min. n. 3.* Karpz: *jurispr. Foren. par. 2. Const. 11. def. 34.* Cujus sententiam assensu quoque nostro comprobamus; Deinde ancipites simul controversias uno verbo decidimus: *Quod in hac restitutione minor pretium refundere teneatur, nisi idem inutiliter illud sibi periisse probet. l. 10. 14. 16: C. de præd. minor l. 13. in fin. ff. de reb. cor. l. 5. C. de in integr. rest.*

44. Quinimo defendimus quod decretum non tollat beneficium l. 2. C. de rescind vend. si læsio evidenter probata fuerit. Contrarium sustinet Molin. in *consuet. Bourbon. art. 487. Louet. Recueil. des Arrests. pag. 189. n. 32. lit. D. vers. sed quid, s'il se trouve.* putat hanc quæstionem in Gallia esse sine difficultate, utpote quæ solemniter Parisiis in majori camerâ pro decreto decisa. Sed quomodo id illis in regionibus observabimus, ubi ob nummorum corruptionem, cauponantium monetariorum malitiâ ante hæc investam, tot iniquos distractionum casus comprehendimus, quando pro integro corruptum, pro probato reprobum, pro justo injustum & pro æquo iniquum præstitum esse videmus, idque Judices permisisse, non adeo in sensus adhuc incurrente corruptionis iniquitate, ut hodie in apicem eam produxit ipsa immanis monetæ depravatio. Prout luculenter diduxit accuratissimus rei monetæ investigator Dn. Zinzerl: in *monet. consil. per tot.*

45. In æstimatione autem istius læsionis communiter tempus contractus inspiciendum, & pretium juxta tempus & communem valorem, quo emptor nummos persolvit, ac venditor vicissim expendere potuit, computandum est. Quæ de erogatione si dubium incideret, cujus probatio deficere videretur, non immerito illa per juramenti delationem pro ratione circumstantiarum suppleretur. Nostro vero casu non difficilis foret probatio, si quidem inspiciendum esset, an minor urgenti creditori suo illis nummis satisfacere potuisset, & ille adhuc acquiesceret.

46. Præcedentes quæstiones merito excipit controversia, an, & qualiter pro decreto præsumatur, illud scilicet legitime intervenisse? Pro cujus decisione conclu-

cludimus: Si in instrumento debita juris solemnitates fiat expressè, videlicet, Judicem causà cognita decrevisse, quod tum pro decreto præsumptio militet *Decius consf. 351 n. 6. Karpz: jurispr. Forens: par. 2. const: 11. n. 13. def: 28.* quæ faciat quidem cessare omnem præsumptionem doli mali, metus, fraudis, læsionis; admittat tñ. probationem in contrarium. *Karpz d. Const: 1: def: 28. n. penult.*

47. Plane, si in Instrumento non fiat decreti mentio, & adversarius illud intervenisse asserat, necesse est, ut assertionem suam aliunde prober. *l. 13 §. fin. ff. de publ. in rem act: confer Gail. 2. Obs. 13. n. 2. & seqq.* Sequeretur n. aliàs absurdum, alienationem sine decreti intercessione validam esse.

48. Æquè ab omnium dicerem decretum, quod à Judice simplici ac imperito interpositum fuisse; apparet, nam nulla pro tali præsumptio pugnare posset, sed decretum ipso Jure nullum minoribus non præjudicaret. *Gail. 2. Obs. 72. n. 5.* Nunquam enim verisimile esset Judicem observasse solemnitates Juris, de quibus ipse nihil didicit aut intellexit, utpote qui sine scientiæ sale est insipidus, *secund: Bald: & laxum* plerumque Conscientiæ sollem habet, quando in eum quadrat illud Comici; Homine imperito nihil quicquam injustius. Qualis fuit ille cujus Colerus jocose meminit *par. 2. cap. 3. n. 166. de process. execut.* qui noctu ceroferaarium (quorum officium explicatur in *c. clericos. 1. non protul à sine dist. 21. & c. si quis poss. §. de servientes dist. 33.*) in platea repertum, per licitorem comprehendi jussit, & cum ille se excusando acolytum esse dixisset, hic rudis judex putans acolytum oppidulum Colditz allegare, hæc in verba prorupit: sive sis à Colditz, sive à Leisnick, tu hac noctem manebis in custodia.

49. Sane Scrum industriam Clarissimorum virorum in decreto interponendo elegisse viderur. *l. 1. §. 2 de reb. eor. arg. l. 1. ibi, viri clarissimi, C. si advers. libertat: Et notissimo jure requiritur, ut sit in judice Justitia. not. c. forus. X. de V. S. Timor Dei. l. 1. §. 5. C. de offic. Præs. Prætor. Afric. d. l. 1. §. 2. ibi, pro sua religione. de reb. eor. c. 1. de sent. & re Judicat. in sexto.* quod aueis scribendum literis justissimè monet *Gail. 1. Obs. 91. n. 14.* Urq; boni ac innocentis viri officio fungatur, per *l. 4. §. 1. ff. fam. hercis. l. 137. §. 2. pr. ff. V. O. l. 4. in fin. ff. de eo quod certo loco. l. 18. ff. Judicat. solvi. c. Judicet. 4. §. bonus. c. 3. q. 7.* Quales quidem omnes Reip. Christianæ precamur. *Paris de Put. in tract. de Syndic. de offic. Syndici, v. per Syndicatores. n. 11.*

## CAPUT V.

De

### Decreti Subjecto.

50. Et ita se habent decreti essentialia: *Accidentalialia* sunt duo 1. *Subjectum* recipiens. 2. *Objectum.* *Subjectum* sunt prædia & aliæ res minorum: ut habet *Rub. C. de præd. & al. reb. min.*

B

51. Res

51. Res autem Sctum soli tantum intelligit. *l. 1. C. si advers. don. junctâ l. 8. C. de præd. min.* Quod postea Justinianus ad omnes omnino res extendit, exceptis duntaxat iis, quæ servando servari non possunt, quales sunt vestes detritæ, fructus & animalia supervacanea: *'elegant: l. 22. C. de admin. tut. in fin. l. fin: C. quand. decret. opus non est. VVesemb. x. hîc. n. 3. Gail. 1. Obs. 148. n. 4.*

52. Etsi verò pecunia etiam rebus annumeretur quæ usu consumuntur: *§. 2. l. de usufr. d. l. 22. ante fin. junct. avth. novissime C. de admin. tut. l. 30. ff. perit. hered. l. 5 §. 1. cum l. seq. ff. de jur. delib.* Attamen minoris pecuniam ad honestum lucrum collocatam vel idoneis nominibus creditam *l. 7 §. 4. ff. de pecul.* vel emptioni prædiorum destinata *l. 3. C. arbitri: tutel. sine decreto distrahi non posse statuimus.* Nam hæc demum pecunia dicitur servando servari posse, cum ex ea fructus percipiuntur, & illa nihilominus integra conservetur, nec usu extingvatur. Idem de annuis redditibus dictum volumus. Confer *Gail. 2. Obs. 10. n. 4.*

53. Actio quibusnam annumeranda sit rebus, ut sciamus, an sine decreto cedi possit, dubitari video. Ego cum Vultejo. *i. l. R. 62. n. 11.* existimo, non rectè quæri, an inter mobiles vel immobiles res actio numeranda sit, sed sufficere puto, si sciamus eam jus esse, & ita rem incorporalem, quæ si persequatur rem immobilem & sine decreto alienari prohibitam, utiq; nec ipsa cedi possit. *l. 7. C. de præd. min. l. 3. §. 4. ff. de reb. eor. vid. Gail d. 2. Obs. 11. n. 10. Pistor. p. 3. q. 124. n. 22. Karpz. in Jurispr. Forens. part 2. const. 11. def. 28. n. 2.*

54. Si verò alternativè ad pecuniam aut fundum actio comperat, putant DD. ex post facto judicandum esse an minor eam sine decreto cedere potuerit, ut si pecuniam à debitore consecutus fuerit, cessio valeat, si fundum, eadem non valeat, *l. 10. ff. de fund. dotal.* Id quod suo quidem casu admittendum est, quando in alternativa electio debitori conceditur. *l. 10. §. fin. ff. de Jur. dot.* Sed quia hoc in disceptationem venire potest. *Schneid. ad §. plus autem Inst. de Action. n. 17.* & melius est in tempore occurrere quam post exitum vindicare, *l. 1. C. quand. lic. unicuiq; sin. jud. se vind.* Idcirco magis puto ab initio hujus cessionis decretum requiri.

55. Molendina solo coherentia etsi sint impetu aquarum exposita, sine decreto tamen, simpliciter alienari non possunt *l. 22. C. de administr. tut. Bacchoy. Vol. 2. disput. 9. th. 6. lit H.*

56. Minorum nomine & in definitione & passim in dissertatione utor. Minoris autem appellatione illum intelligo, qui in jure nostro communi ita dicitur, quando vigesimum quintum ætatis annum nondum implevit. Quod latè deduxit Dn. Parens meus in tractatu Academico de Ætate. *Membr. 2. art. 2. seq. ex l. 32. cum seq. & tot. tit. ff. de minor. text. expr. in l. ult. C. si major fact: l. 15. C. de præd*

*præd. min. Marant. in spec. aur. part. 6. de appell. n. 79. Vult. 1. I. R. cap. 4. n. 15. Cum quibus consentit Jus statut. Lubecens. lib. 1. tit. 7. art. 6.*

57. Atq; ita multo magis includo pupillum & alios. *Cothm. Vol. 4. resp. 37. n. 15. etiam si veniam ætatis à Principe impetraverint. l. 3. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Memini tamen consuetudine Andegavensi receptum esse, quod contractus cum Majore XX. annis de alienatione immobilium sine decreto initus, & cum minore XIV. annorum de mobilibus valeat & subsistat. *Coustumes d'Anjou. art. 444. ubi Chopin. Molin. de Lommeau Maxim. general. du droit François. liv. 3. tit. 12.*

58. Non excludo etiam personas minoribus similes, sed secutus Imperatorem *pr. Inst. quod cum eo qui in alien. pot. & alibi, ne verbosa fiat disputatio, sermonem in personam minoris dirigo, ut ex eo ad alias comode possit inferri.*

59. Ita furiosi res sine decreto alienari non posse apertus docet textus *in l. 11. ff. de reb. eor. junct. l. 2. C. de curat. furios. l. 8. §. 1. ff. d. 1. de reb. eor.* quia aliàs etiam privilegia minoribus concessa furiosis quoq; competere videntur, quibus & alii dementes & mente capti annumerantur: *l. 28. C. de episc. audient.*

60. Prodigium mentionem clarè facit *d. l. 11. de Reb. eor.* & patet ex *l. 12. in fin. ff. de tutor. & curat.* An vero prodigus ante censetur alienare prohibitus, quam ei bonis à Magistratu interdicitur, famosa quæstio est? In qua defendimus, quod notoriè prodigo ipso jure bonis interdicitur. Licet nos non lateat quid hodie usu observetur. *Schneid. ad §. Furiosi, n. 8. Inst. de curat. Gail. 2. Obs. 51. n. 2. & de PP. cap. 3. n. 12.*

61. Præterea de bonis immobilibus Ecclesiæ & Civitatis an amplianda sit *d. l. 11. de reb. eor.* non in elegantis disquisitionis erit? Et Ecclesiasticis quidem rebus aliis provisum est remediis, auctoritate nimirum Episcopi & consensu Capituli *l. 14. cum avth. seq. C. de S. S. Eccl. arg. l. Orphanotrophos, in med. C. de Episc. & Cler. c. dudum de reb. Eccl. non al. in 6. De quo Menoch. de Arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 2. casu 172. Cothm. Vol. 1. conf. 28.*

62. Civitatis vero res immobiles sine decreto alienari non possunt. *l. ult. C. de vendend. reb. Civit. l. 11.* Quo ex textu simul constat à quonam & quomodo decretum illud interponendum sit; Nempe ut alienationes fiant præsentibus omnibus, seu plurimâ parte tam Curialium quam honoratorum & possessorum Civitatis, cujus res sunt distrahendæ, qui tenentur mediante Jramento sententiam suam dicere, an alienatio utilis sit civitati: Utq; ita decretum interponat, in urbe Princeps, in provinciis provinciale Judicium, in aliis vero locis Præses: & in civitatibus superiorem non recognoscentibus Senatus.

63. Quod autem de Senatu dicitur, non ita simpliciter accipiendum est, sed formam Reip. inspicere oportet, an Aristocratica sit illa, an Democratica



vel mixta, idq; inquirere non saltem utile, sed apprime necessarium erit emptori, qui à civitate emere destinavit, ut accuratissime sciat, an penes Senatum potestas decretum interponendi omnimoda resideat, quemadmodum in simili plenissime docet Lindem. *de mutuo diff. 1. th. 19. & seqq. faciunt quæ habet Gail. de Arr. Imp. c. 9.*

64. Pari modo curialium & Decurionum rerum immobilium & venditionem & donationes simplices & omnem actum, alienationem habentem, subjacere decreto vult Justinianus Imp. Nov. 38. *in pr. §. igitur olim 2.* Imo donationem ne quidem cum decreto fieri concedit Nov. 87. *c. 1.*

65. Prædictis annectimus, quod Jure Saxonico in omni immobilium oppignoratione decretum judicis requiratur. *Coler. proc. exec. p. 1. cap. 10. ad lit. R. VVes. π. ff. de pign. n. 3. in fin. Kopp. part. 1. decis. 46. n. 31.* Quæ practicâ velut cautellâ tutissimâ & in concursu creditorum utilissimâ etiam in Elect. Brandenburg: utuntur. *Schepl. ad const. Brand. par. 4. tit. 2. §. 4. n. 5. in fin. & n. 8. v. post. hos.*

## CAPUT VI de Objecto Decreti.

66. Tantum de Subjecto. Restat ut Objectum evolvamus. Objectum decreti sunt *Contractus minorum.* Illi enim vel *decreto indigent* vel *decreto non indigent*, adeoq; de illis seorsim tractandum.

67. Qui *decreto indigent*, illi ipsi objectum ejus constituunt. Et subdividuntur quod sapiant *alienationem* aut *veram* aut *non meram.* *Veram alienationem* maxime sapit Donatio, utpote quæ non est major alienatio, quippè quæ mero ex lucrativo titulo ad donatarium rem transfert. Quamobrem minor ne quidem cum decreto donare potest, ut ex aperto constat textu *l. ult. v. cum autem C. si maj. fact. al. fin. decr. l. 22. in fin. C. de admin. tut.* Et ratione confirmatur validissima, quia causa qualis in decreto requiritur justa in donatione subesse nequit. *arg. l. 28. in fin. ff. de pact. l. 7. prin. ff. de donat.*

68. Quæ ratio cum non in omni locum habeat donatione, idcirco d. l. ult. donationem propter nuptias excipit, & propter tacitam rationem, simplicem adulti donationem ab initio invalidam longi temporis possessione corroborari concedit. *d. l. ult. C. si maj. fact. & l. ult. C. si quis ignor. rem minor. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. n. 142.*

69. Idem judicium DD. de donatione mortis causa sumunt; quod adultus in ultimâ voluntate major censeatur *l. 20. §. 1. ff. de liberat. legat. VVes. π. ff. de mort. ca. donat. n. 4.* Id quod præsertim illustrari potest rationibus *§. fin. Inst. qui*  
*& ex*

*& ex quib. ca. man. non poss. juncto arg. l. 7. §. 4. & 5. ff. de donat. l. 25. §. 1. de mort. cau. donat. & consulciri Nov. 87. c. 1. ibi, cæteris hominibus. l. 8. §. 1. ff. de transact.*

70. De donatione simplici, juramento minoris stabilita, dubium est arduum an & quomodo subsistere possit? Quod solvit nobis *l. 1. C. si advers. vend.* Quamvis n. Interpp. illam legem cum avth. seq. valde impugnent, ut videre est ap. *Gail. 2. Obs. 41.* & præterea dicendum videatur, eandem ad donationem non esse extendendam cum de emprore tantum loquatur: Converteremꝰ tamen oculos ad rationem ejus religiosam, generaliter adjunctam, quod Imp. neq; perfidix neq; perjurii auctor minori esse velit.

71. Duæ etiam difficiles quæstiones moventur simplici de donatione facta Ecclesiæ vel ad pias causas; primo an illa valeat? deinde, an sine decreto valeat? De quibus mens nostra est, quicquid distinguant alii, quod minor Ecclesiæ seu piæ causæ *simpliciter* donare non possit, tantum abest ut dicamus, illud sine decreto ipsi licere. *arg. l. 34. §. 1. C. de donat. l. illud. 19. C. de SS. Eccles. 1. Feud. 13. in med. v. Ecclesia. alio quoq; arg. l. 11. §. penult. & concord. ff. de min.*

72. Hisce non dissimilis dubitatio est, an possit donare illis, à quibus bona dono data provenerunt? Quod eadem facilitate negamus in tantum, ut nec cum decreto ejusmodi donationem fieri posse existimemus. *l. 7. C. de præd. min. l. 2. C. si advers. donat. junctâ d. l. ult. C. si maj. fact. sine decret. Ratio est in l. 1. in fin. ff. de reb. eor.*

73. Imo quod statutum minores e.g. mercatores vel similes in contractibus pro majoribus habens, illis tñ. licentiam donandi contra d. l. ult. non tribuat merito censemus, *l. 3. C. de his qui ven. et at. additâ d. l. ult.* à qua statuti interpretatio recedere non debet.

74. Idem asserimus de minoribus generis nobilitate conspicuis: utpote quibus potestas donandi speciali nobilitatis favore & nullibi inducta est, & forsitan habitâ facultatum ratione vix induci potest *arg. l. 12. §. 3. ff. adm. tut. Contrarium vero dicemus de minoribus illustribus cum Gail. 2. Obs. 72. n. 9. per l. 12. §. 3. de adm. tut.*

75. Et quod magis est, dictam l. ult. de donatione quoq; remuneratoria intelligimus *l. 2. C. si advers. donat.* Nisi ob ejusmodi merita esset facta ex quibus agendi jus donatario competeret, *arg. l. 25. §. 11. de petit. hered. l. 64. de cond. indeb.* Tali enim casu donans in necessitatibus non liberalis existeret. *l. 18. in fin. ff. de adimend. vel transf. leg.* sed se ipsum ab obligatione liberaret; atq; ita donatio cum decreto ex necessaria æris alieni causa fieret. *l. 12. C. de præd. min.*

76. Illud generaliter quæritur; Cum donatio summam quingentorum solidorum (i. e. aureorum *Gail. 2. Obs. 39. Foman. ad l. ult. C. si cert. petatur q. 2.*) excedens, actis intervenientibus insinuanda §. 2. *Inst. de donat. an in insinuatione de*

ne decretum sit necessarium? Quod indistinctè negamus, & præsentiam dun-  
taxat judicis requirimus ad cujus mandatum insinuatio ad acta referatur. l. 25 v.  
in conscribendis. l. 31. C. de donat. Gotofr. ad Schneid: §. alie Inst. de donat. n. 7. lit. a.

77. Perro veræ etiam alienationis species est divisio l. 1. C. commu. utriusque  
de quâ jure Statutar. Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 10. disponitur. De jure communi plu-  
res ventilantur quæstiones, quando & quomodo minori concessa sit, quas om-  
nes summatim hoc distinctionis vinculo constringimus. quod divisio omnis  
sit activa aut passiva. Activa quando ipse minor ad divisionem provocat, quo  
casu vel justam habet causam, vel non habet: Ex justa causa aut divisionem pro-  
prietatis petit aut fructuum; Fructus quidem sine decreto l. 4. in fin. ff. aqua.  
quotid. & æstiv. arg. l. 22. in fin. C. de admin. tut. proprietatem a. non nisi interveni-  
ente decreto dividere potest. arg. l. 14. in fin. & seq. ff. pro socio. ac alia ratione,  
quod nimirum causa illa justa faciet, quo magis provocatus quam provocans  
minor censeatur. Licet testator divisionem interdixerit arg. l. 14. §. 2. ff. l. ult.  
C. comm. divid. Nam quis mentem testatoris in favorem minoris propensam,  
in odium ejusdem distorqueret? Et non potius prohibitionem ejus periculo-  
so de casu intelligeret, quo minor à majore sine decreto dividere cogitur. thes.  
seq. (sed de hoc casu mirificè se torquent Interpp. vid. Schneid. ad §. quedam. de  
Act. comm. divid. à n. 21.) Sine justâ causa quod divisionem postulare & perficere  
possit minor, multi permultis rationibus affirmant; A quibus divortium fa-  
cimur, & hoc casu divisione ipsi omnino interdiciamus, l. 7. princ. ff. de reb. eor.  
l. penult. C. de præd. min. arg. l. 5. §. 14. ff. d. tit. arg. l. 4. C. præd. min. Cothm. Vol. 4. Re-  
spons. 37. n. 12. & seqq.

78. Passiva divisio ipsius prædii l. 6. ff. d. reb. eor. pro indiviso communis l. 5.  
§. ult. eod. cum minor à majore ad divisionem provocatur. d. l. 7. in princ. eod. de-  
creto etiam non interveniente fieri potest, l. pen. C. de præd. min. l. 1. §. 3. ff. de reb.  
eor. l. 7. in princ. l. 8. in fin. eod. quia eo casu cessant rationes. l. 5. §. & seq. d. tit. Et  
cogitur præcisè minor rem dividere communem, nec potest eligere aliam mi-  
nus damnosam.

79. Ulterius pro complemento veræ alienationis breviter sed diligenter  
dispiciamus de obligatione & suppositione pignoris. Quia vero pignus vel  
tacitum est vel expressum; & illud mulieri competit in bonis mariti pro dote  
restituenda; Non immerito proponitur quæstio. Si minor uxorem ducat c. 1.  
& 2. X. de despons. impub. & ab ea dotem accipiat; an ipsius bona pro dote recepta  
tacitè sint mulieri obligata, de qua curiosè & anxie dubitat Oct. Simonè. de de-  
cret. lib. 2. tit. 5. in sp. 1. & tandem præjudiciis adductus varios per calus eam deci-  
dit. Sed non ambiguum erit itâ statuere: Tacita hypotheca à sola lège intro-  
ducitur. tot. tit. ff. & C. in quib. ca. pig. tac. cont. Quæ cum omni mulieri in omnibus  
mariti

mariti bonis pro restituenda dote competat: Et ab illa regula maritus minor speciali lege non excipiatur, quia potius in similibus casibus sub eandem referatur. *arg. l. 2. §. 3. ff. de rebus eor.* Ideoq; strictè dicendum, etiam bona immobilia mariti minoris pro dotis restitutione tacitè mulieri obligata esse. *Arnol. de Reg. in thes. jur. sub. loc. de Alienat. n. 163. Gail. 2. Obs. 83. à n. 8.* adeo ut imperitia hominum nihil præjudicii possit afferre; qualia sunt verba ad hoc notabilia. *l. un. §. 1. C. de rei ux. act.* Nec est necesse multum de decreti interpositione hallucinari: si n. mulier hypothecariâ actione utatur, tum demum poterit intervenire decretum, ut excutiatur, quomodo minoris bona distrahi possint, ex quorum pretio mulieri satisfiat.

80. Sed vice versa fœmina minorennis per contactum matrimonii sine decreto marito res apportare & in dotem dare nequit *l. 13. §. 1. ff. hered. pet.* Id quod latè diducit & præjudiciis Parlamenti confirmat *Louët recueil des arrest. liv. M. n. XI pag. 440.* Imo constante matrimonio Vir & uxor minores, ita quidem uti possunt suis juribus, ut bona sua immobilia administrent, sed nequam vendant vel pignorentur *Costum. de Paris. art. 239.* Inde simul constat quid in donatione propter nuptias dicendum sit: quia illa donatio statim ab initio moderationem judicis requirit, in quibusnam scil. rebus constitui debeat. *l. 1. C. si. advers. donat. l. 8. C. de præd. min. l. assiduis §. 12. C. qui potior. Nes. x. C. si advers. donat. ibi. prætextu nuptiarum.*

81. Verum quid sentiendum de bonis minoris in conductum prædium urbanum illatis, quæ servando servari possunt, an locatori tacitè pro pensione sint obligata? certum mihi videtur, ipsum semper contractum inspiciendum esse, cui lex tacitam hypothecam dedit. *l. 5. C. locat. arg. l. ult. C. legit. tutel.* Et non rectè formari quætionem, an tacita hypotheca interveniente decreto constituenda, quippe quæ à sola expressa Lege est. Si ergo liceret minori sine decreto tales res in domum conductam inferre, licebit etiam locatori tacitam in illis hypothecam secundum communes leges, de minore non mutatas, sibi attribuire & postea mediante decreto exequi & usurpare.

82. De venditore majore, à quo minor prædia emit & eadem ipsi oppignoravit donec pretium solveret, textus *l. 1. §. ult. ff. de reb. eor.* per exceptiones *l. 2. §. 3. in pr. eod.* in casibus non exceptis confirmatur *l. 4. §. fin. ff. de pen. leg.*

83. Expressi de pignoris suppositione expressi quoq; sunt textus; quod conventionale quidem pignus à minore sine decreto non tradatur. *l. 7. §. 2. 5. de reb. eor. l. pen. C. his qui ven. atat. impetr.* Judiciale autem & pratorium pignus bene absq; alio judicis decreto contrahatur *l. 3. §. 1. de præd. eor.* & è converso fundus minori oppignoratus sine decreto distrahatur *l. 5. §. si fundus pupillo 3. eod. l. 1. C. præd. min.* Quia tunc debitoris, atq; ita alienus fundus venditur d. §. si fun-

si fundus quæ ratio expirat quoties vel pupillus aut pater ejus impetraverit jure Domini illum fundum possidere; vel si ex causa damni infecti fuerit jussus possidere: istis non casibus ipsius minoris efficitur verbis d. §. si fundus. 3. Vel si bona fide fundum possederit. d. l. §. §. 2. h. t.

84. Pignus vero debitis cum solemnitatibus acceptum, an secundum juris communis ordinem absq; alio decreto distrahi possit, perplexæ quæstionis est? Pro cuius decisione distinguo inter curatorem & creditorem; Atq; illi venditionem constituti pignoris sine decreto denego l. 2. C. de præd. min. huic autem eandem absq; alio decreto permitto, modo unum in obligatione decretum adhibuerit & abundantem cautelam non curet, l. 7. §. 1 ff. de reb. eor. arg. l. 5. §. 6. 7. eod. arg. l. 61. v. sed ut expediatur ff. de Jur. dot.

85. Dicendum nunc esset de contractibus qui alienationem non meram sapiunt: inter quos est Emptio facta à minore sub pacto retrovenditionis. Locatio in primis ad longum tempus, & id genus alii: verum non licet longioribus uti ambagibus. Ideoq; unum atq; alterum saltem exemplum subjiciam. Primum esto.

86. Hereditatis aditio & aditæ distractio. Adire potest hereditatem minor sine decreto, tutoris vel curatoris | saltem autoritate, secundum jura notissima. Si vero tutorem aut curatorem non habeat, nullum dubium est, quin decretum possit intervenire l. 18. in fin. C. de jure delib; Plenè & benè Maran: in repetit. l. is potest ff. de acquir. hered: n. 144. seqq. quod in distractione hereditatis perpetuo requiritur & si adhibitum fuit, subsistet adeo distractio, ut pupillariter substitutus adveniente conditione eam retractare nequeat, l. 4. in fin. ibi, aut substitutis ff. abipupill. educ. deb. l. 1. §. 2. tit. ibi seq.

87. Secundum: In solutum datio absq; decreto nulla est l. 15. C. præd. min. arg. l. 24. in pr. ff. pign. act. l. 4. C. de evict: l. ult. ff. quib. ex cau: in poss. d. l. 4. §. 17. in fin. ff. de usucap; etjam eo casu quo licentiam immobilia vendendi minor obtinuit, sed in solutum dedit. l. 7. §. 3. l. 5. §. 10. de reb. eor. Sicuti nec cessio sine decreto subsistet in nominibus, seu actionibus pro ejusmodi rebus competentibus quæ servando servari non possunt. Ripa, in. L. 1. §. quæsitum. n. 34. ff. ad SC. Trebell.

88. Consimiliter bonorum cessio motu minoris proprio fieri planè non potest, ut planum est sup: ex caus: ætærg: Creditore vero urgente, adultus tantum, adhibito nimirum decreto, sed non præstito tamen juramento, bonis rectè cedit. Simonc. de decr. lib. 2. tit. 6. in sp. 15.

CAPUT

## CAPUT ULTIMUM De Contractibus Decreto non indigentibus.

89. Haecenus itaq; de contractibus in quibus de decreto quaritur dixisse sufficiat. Jam demum succedunt contractus qui decreto non indigent, idq; vel jure permittente: vel *Majore postea ratificante*. Et jure quidem permittente decretum minus necessarium putant DD. commun. si pater legitimus administrator, filii in potestate existentis necessaria ex causa velit immobilia distrahere *vid. Simonc. lib. 3. tit. 8. insp. 1.* Cui ego ob *l. 7. §. 2. de reb. eor.* cum temperamento loquentem, contradicere non dubito. *facit l. 3. C. præd. min. l. ult. §. 5. v. sed pater quidem. C. de bon. quæ lib.* Id quod ipse cognovit Simonc. *num. 11. v. Verum,* & tamen contra legem potius quam tot Patres sententiam præferre ausus fuit.

90. Multi etiam, fundatore carens bona sua distrahat: quibus similiter nos opponimus, statuentes, & ejusmodi adultum sub vocabulo minorum contineri, *de quo supra in subjecto l. 7. l. 16. l. 4. C. præd. min.*

91. Præterea quod possessio rei immobilis sine decreto distrahi possit communis vult opinio. Cui obtendimus *l. 5. §. 2. ff. reb. eor. l. 24. ff. rei vind.*

92. Insuper quamplures dubiosi disquirunt, an ob utilitatem pupilli vel minoris alienatio immobilium absq; decreto de jure subsistat? Quod sine difficultate ita resolvimus: Aut quæstio est de alienatione facienda, & illa permitti nequit. Solent n. quidam tutores plus lege sapere & cerebrosis suis consultationibus prudentis contutoris aures obtundere, expedire nimirum hanc domum vel hæc prædia vendere, &c. quibus repagula parata sunt in *l. 5. §. 14. l. 13. in pr. ff. de reb. eor. l. 22. v. Nec vero, C. de admin. tut.* Aut quæritur de alienatione consummata: & vel pars altera contra eam vult venire; vel minor ob utilitatem, eandem cupit servare, ac dicendum, utroq; casu minori permissum esse, invito altero, vel tacere, vel contractum confirmare *arg. l. 8. §. pen. in fin. ff. de transact. pr. Inst. de aut. tut. l. 13. §. 29. ff. act. empt. Balthov. vol. 1. disp. 6. th. 5. lit. c. in fin.* Potest in alter tempestivè agere, ut aut stetur alienationi aut discedatur. *d. l. 13. §. 27. 28. d. act. emp.*

93. Cæterum Laur. Kirchoy. in Tom. 5. consil. Francofurt. Resp. s. n. 18. & seq. existimat quod in Germaniæ provinciis decretum in alienationibus rerum immobilium minorum non requiratur. Addita ratione, quia multæ alienationes in bonis minorum fiant, ubi tutores non adhibeant solemnitates juris civilis. Id quod ego de facto fieri dicerem, & nemini autor essem, ut cum tutore de immobilibus minorum absq; decreto contraheret. Non n. exemplis, quid à multis tutoribus fiat, sed legibus, quid fieri debeat, judicandum est. Afferit quidem Kirchovius talem in Germaniâ consuetudinem esse, ut decretum non requiratur. Verum,  
in con-

in consuetudine asserenda | Cui quantumvis exercitatissimi facile errant, inquit Barthol. Socin. *V. 3. conf. 97. n. 3.* Quia consuetudo, quæ facti est, non ex libris, sed ex usus frequentia probanda est. Zasius in *l. de quibus ff. d. legib. n. 23.* Cæterum si statutum extet, quo tutorum alienationes sine decreto firmæ & constantes pronunciantur, veluti in civitatibus ubi commercia florent, eos obligabit, qui sunt sub jurisdictione statutum condentium vel recipientium.

94. Revera a decreto non indiget alienatio, qualiscunq; *arg. l. 8. §. 11. quib. mod. pign. solv.* ab exemploribus testamenti facta secundum testatoris, licet minoris, *l. 10. §. 1. ff. libera leg. Myns. 3. O. 5.* voluntatem, etiam per codicillos vel testamentum irritum *l. ult. de reb. eor. declaratam l. 1. §. 2. d. tit. l. 1. & 3. C. quando decret. op. non est.*

95. Concedimus etiam quod minor qui 18 ætatis annum implevit ob redemptionem captivorum immobilia sine decreto distrahere possit. *Nov. us. c. 3. §. 13. in fin.*

96. Postremo distractionem juramento legitimè munitam *c. est Christus ibi, tres comites, X. de jurejur.* sine decreto stabilem esse jam *supr. art. 74. tetigimus. avth. sacramenta, C. si adv. vend.* Quæ assertio secundum ipsa juramenti verba procedit, ut ex illorum conceptione judicetur, quomodo contractus juramento confirmatus sit. *plenè Simonc. de decret. lib. 3. tit. 9 in sp. ult.*

97. Deniq; antequam concludam, *de majore ratificante* ita breviter me expediam: quod major factus alienationem vel per se validam, *de qua loquitur tit. C. si major fact. rat. hab.* vel ob defectum solemnitatis invalidam, *de qua est tit. C. si maj. fact. al. sine decret.* aut expressè aut tacitè ratam habere possit.

98. Expressè, vel verbis *l. 1. ibi, consensum dedisse. l. 2. ibi, confirmatione. C. si maj. factus sine decret.* scripturis *l. un. §. 1. ibi, in scriptis C. de contract. judic.* vel factò, nimirum pecuniam exigendo, dilationes concedendo, fructus recipiendo.

99. Tacite, per silentium, quoad excludendum restitutionis beneficium quadriennii utilis *l. ult. C. temp. in integr. rest.* quoad excludendam vero rei vindicationem, quinquennii in onerosis *l. ult. C. si maj. fa. al. sin. decret. Karpz. Jurispr. Forens. par. 2. Const. II. def. 39.* Sed in lucrativis decennii inter præsentès & vicennii inter absentes *d. l. ult. eod.*

100. Novissime autem sciendum est Principis confirmationem quæ ad instar decreti accedit *l. 2. C. quand. decret. op. non est.* ex interxallo alienationis defectum restituissimè supplere *Vvesemb. p. ff. de reb. eor. n. 5. v. nisi vitium Gail. 2. Obs. 1. n. 12. & n. penult.* Et tantum, Deo gratia, ad solennem disputandi actum de perutili decretorum materia methodicè & sine prolixiori DD. allegatione proponere volui & potui

--- --- Si quid novisti rectius istis  
Candidus imperti: moniti meliora sequemur.

•••••







# CAPUT ULTIMUM De Contractibus Decreto non in


89. Haftenus itaq; de contractibus in quibus de d  
se sufficiat. Jam demum succedunt contractus qui decre  
vel *jure permittente*: vel *Majorē postea ratificante*. Et *jure* q  
cretum minus necessarium putant DD. commun. si pater  
tor; filii in potestate existentis necessaria ex causa velit im  
*Simone*, lib. 3. tit. 8. *inst.* 1. Cui ego ob l. 7. §. 2. *de reb. eor.* c.  
quentem, contradicere non dubito. *facit* l. 3. *C. præd. m*  
*quidem*. *C. de bon. qua. lib.* Id quod ipse cognovit *Simone*  
men contra legem potius quam tot Patres sententiam

90. Multi etiam, fundamentis non levibus adduc  
ri censent, si adultus curatore carens bona sua distraha  
opponimus, statuentes, & ejusmodi adultum sub vocab  
ri, *de quo supra in subjecto* l. 7. l. 16. l. 4. *C. præd. min.*

91. Præterea quod possessio rei immobilis sine decre  
munis vult opinio. Cui obtendimus l. 5. §. 2. *ff. reb. eor. l.*

92. Insuper quamplures dubiosi disquirunt, an o  
minoris alienatio immobilium absq; decreto de jure si  
ficultate ita resolvimus: Aut quaestio est de alienatione  
nequit. Solent n. quidam tutores plus lege sapere & cere  
nibus prudentis contutoris aures obtundere, expedire  
vel hæc prædia vendere, &c. quibus repagula parata sunt  
*de reb. eor. l. 22. v. Nec vero, C. de admin. tut.* Aut quaeritur  
mata: & vel pars altera contra eam vult venire; vel n  
dem cupit servare, ac dicendum, utroq; casu minori p  
tero, vel tacere, vel contractum confirmare *arg. l. 8. §. p*  
*Inst. de aut. tut. l. 13. §. 29. ff. act. empt. Bachov. vol. 1. disp. 6. th.*  
alter tempestive agere, ut aut steretur alienationi aut dif  
*d. act. emp.*

93. Cæterum Laur. Kirchoy. in Tom. 5. *consil. Francofur*  
mar quod in Germaniæ provinciis decretum in alienat  
lium minorum non requiratur. Addita ratione, quia n  
nis minorum fiant, ubi tutores non adhibeant solemn  
ego de facto fieri dicerem, & nemini autor essem, ut cu  
minorum absq; decreto contraheret. Non n. exempli  
fiat, sed legibus, quid fieri debeat, judicandum est. A  
talem in Germania consuetudinem esse, ut decretum



r dixi-  
nt, idq;  
nte de-  
ministra-  
ere vid.  
nto lo-  
ed pater  
m, & ta-  
fuit.  
n requi-  
iter nos  
ontine-

lit com-

pilli vel  
sine dif-  
permi-  
sultatio-  
domum  
in pr ff.  
consum-  
tem, ean-  
invito al-  
ansact. pr.  
Potest in.  
§. 27. 28.

seq. existi-  
immobi-  
nes in bo-  
is. Id quod  
immobilib.  
tutoribus  
Kirchoyus  
Verum,  
in con-